

DE BELLO GALLICO

LIBER PRIMVS

[*Dē Galliae gentibus*]

- 1 Gallia est omnis dīvīsa in partēs trēs, quārum ūnam incolunt Belgae, aliam Aquitānī, tertiam quī ipsōrum
- 2 linguā Celtae, nostrā Gallī appellantur. Hī omnēs linguā, institūtīs, lēgibus inter sē differunt.
Gallōs ab Aquitānīs Garumna flūmen, ā Belgīs Mātrona et Sēquana dīvidit.
- 3 Hōrum omnium fortissimī sunt Belgae, proptereā quod ā cultū atque hūmānitāte Prōvinciae longissimē absunt, minimēque ad eōs mercātōrēs saepe commeant atque ea quae ad effēminandōs animōs pertinent important proximīque sunt Germānīs, quī trāns Rhēnum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.
- 4 Quā dē causā Helvētīi quoque reliquōs Gallōs virtūte praecēdunt, quod ferē cotīdiānīs proeliīs cum Germānīs contendunt, cum aut suīs fīnibus eōs prohibent aut ipsī in eōrum fīnibus bellum gerunt. ...

[*Helvētīi ē fīnibus exīre cōstituunt spē redeundī sublātā*]

- 2 Apud Helvētīōs longē nōbilissimus fuit et dītissimus Orgetorīx. Is, M. Messallā et M. Pūpiō Pīsōne cōsulis, rēgnī cupiditāte inductus coniūrātiōnem nōbilitātis fēcit, et cīvitātī persuāsit ut dē fīnibus suīs cum omnibus cōpiīs exīrent: ‘perfacile esse, cum virtūte omnibus praestārent, tōtīus Galliae imperiō potīrī!’

Gallia omnis: nōn modo
Gallia Narbōnēnsis, prōvincia Rōmāna
aliam : alteram

nostrā linguā : Latīnē
īstitutum -ī n = mōs
dif-ferre (inter sē) ↔ parēs
(similēs) esse
Garumna, Mātrona, Sēquana
-ae m: flūmina Galliae

proptereā quod = quod
cultus -ūs m (< colere) = modus vīvendī
hūmānitās -ātis f < hūmānus
minimē saepe = rārissimē
com-meāre = ire/venīre, versārī
ef-fēmināre < fēmina
per-tinēre ad = ferre ad
im-portāre = invehere
trāns (↔ cis) = ultrā
quibus-cum = cum quibus
continenter adv = sine morā

prae-cēdere (↔ sequī) =
prae-stāre + dat = melior
esse quam; virtūte p. = fortior
esse
cotīdiānus -a -um < cotīdiē
contendere = certāre
ā suīs fīnibus
fīnēs -ium m pl = terra (intrā
fīnēs)

(red-)ire, ger (-)eundum -ī -ō
tollere sus-tulisse sub-lātum
= auferre, dēmere
dītissimus = dīvītissimus
Orgetorīx -īgis m
: annō 61 a. C.
rēgnum -ī n = rēgis imperium
in-/ad-ductus + abl = permōtus
con-iūrātiō -ōnis f = quī malī
cōsiliī causā coniunguntur
nōbilitās -ātis f = cūctī nōbīlēs
cīvitās -ātis f = cūctī cīvēs
per-facilis -e = valdē facilis
potīrī + abl = in potestātem
suam redigere, possīdere

magnitūdō -īnis *f* < magnus
 cōnsuētūdō -īnis *f* = quod
 cōnsuēvit/solet fierī, mōs; in
 c.em sē ad-dūcere =
 cōnsuēscere
 vestītus -ūs *m* = vestis
 quic-quam = quidquam
 exiguitās -ātis *f* < exiguus
 aperta : nūda


aditus -ūs *m* < ad-īre
 eō (= ideō) ut habeant *aliquōs*
 quibus vēndant *ea* quae...
 quam quō = quam (eō) quod
 dēsiderent : cupiant
 quīn etiam = vērum etiam
 impēnsus -a -um = nimius
 (pretiō) parāre = emere

dē-fōrmis -e = foedus
 summī labōris (*gen quālitātis*)
 = quī summum (: māximum)
 labōrem ferre potest
 equester -tris -tre < eques
 proeliārī (< proelium) = pugnāre
 vestigiō : locō (quō stant)

ūsus est = opus est

in-ers -rtis *adi* = piger
 quī- quae- quod-vīs: quī-vīs
 numerus : quisquis numerus
 est, sive magnus sive parvus
 quam-vīs paucī : etiam sī pau-
 cissimī sunt
 -vīs *pers 2 sg praes ind* < velle

re-mollēscere = mollis fierī



eques ephippiātus

succēdunt : sub iīs (prope
 eōs) sunt, finitimī sunt
 amplus -a -um = magnus
 flōrēre = in flōre esse, valēre
 captus -ūs *m* < capere (mente)

corporum magnitūdine hominēs efficit. Atque in eam 10
 sē cōnsuētūdinem addūxērunt ut locīs frīgidissimīs
 neque vestītūs praeter pellēs habērent
 quicquam, quārum propter exiguitātem
 magna est corporis pars aperta, et la-
 vantur in flūminibus.



pellis -is *f*

Mercātōribus est aditus magis eō ut quae bellō cēpe- 2
 rint quibus vēndant habeant, quam quō ūllam rem ad sē
 importārī dēsiderent. Quīn etiam iūmentīs, quibus mā- 2
 ximē Gallī dēlectantur quaeque impēnsō parant pretiō,
 Germānī importātīs nōn ūtuntur, sed quae sunt apud eōs
 nāta, prāva atque dēfōrmia, haec cotīdiānā exercitātiōne
 summī ut sint labōris efficiunt.

Equestribus proeliīs saepe ex equīs dēsiliunt ac pedi- 3
 bus proeliantur equōsque eōdem remanēre vestigiō
 assuēfēcērunt, ad quōs sē celeriter cum ūsus est re-
 cipiunt; neque eōrum mōribus turpius quicquam aut 4
 inertius habētur quam ephippiīs ūtī. Itaque ad quemvīs 5
 numerum ephippiātōrum equitum quamvīs paucī adīre
 audent.

Vīnum ad sē omnīnō importārī nōn sinunt, quod eā rē 6
 ad labōrem ferendum remollēscere hominēs atque ef-
 fēminārī arbitrantur.

Pūblicē māximam putant esse laudem quam lātissimē 3
 ā suīs finibus vacāre agrōs: hāc rē significārī magnum
 numerum cīvitatū suam vim sustinēre nōn posse.
 Itaque ūnā ex parte ā Suēbīs circiter mīlia passuum 2
 sescenta agrī vacāre dīcuntur.

Ad alteram partem succēdunt Ūbiī, quōrum fuit cīvitas 3
 ampla atque flōrēns, ut est captus Germānōrum, et paulō

que diēbus turrēs ad altitudinem vāllī, falcēs testūdīnēs-
que, quās eīdem captīvī docuerant, parāre ac facere
coepērunt.

43 Septimō oppugnātiōnis diē, māximō coortō ventō, fer-
ventēs fūsili ex argillā glandēs fundīs et fervēfacta iacula




glāns -andis *f*



casa

strāmentum
-ī *n*



scālae -ārum *f pl*

in casās, quae mōre Gallicō strāmentīs erant tēctae,
2 iacere coepērunt. Hae celeriter ignem comprehendērunt
et ventī magnitudīne in omnem locum castrōrum dis-
3 tulērunt. Hostēs māximō clāmōre, sicutī partā iam et
explōrātā victōriā, turrēs testūdīnēsque agere et scālīs
4 vāllum ascendere coepērunt. At tanta mīlitum virtūs
atque ea praesentia animī fuit ut, cum ubīque flammā
torrērentur māximāque tēlōrum multitūdīne premeren-
tur suaque omnia impedīmenta atque omnēs fortūnās
cōnflagrāre intellexerent, nōn modo dēmigrandī causā
dē vāllō dēcēderet nēmō, sed paene nē respiceret qui-
dem quisquam, ac tum omnēs ācerrimē fortissimēque
pugnārent.


5 Hic diēs nostrīs longē gravissimus fuit, sed tamen hunc
habuit ēventum ut eō diē māximus numerus hostium vul-
nerārētur atque interficerētur, ut sē sub ipsō vāllō cōnstī-
pāverant recessumque prīmīs ultimī nōn dabant.

6 Paulum quidem intermissā flammā et quōdam locō
turrī adāctā et contingente vāllum, tertiā cohortis cen-
turiōnēs ex eō quō stābant locō recessērunt suōsque



falx falcis *f*

testūdō -inis *f*:
tēctum mōbile
mīlitum



fervēns -entis = ārdēns;
fervē-facere = ferventem
facere

fūsilis -e (< fundere) = quī
fundī potest

argilla -ae *f* = terra mollis ex
quā vāsa fierī possunt
iaculum -ī *n* = pīlum (ad iaci-
endum)

casa -ae *f* = parva domus pauper

ignem comprehendere =
incendī

dif-ferre dis-tulisse dī-lātum =
in variās partēs ferre

sīc-utī (= sīc-ut) : tamquam
victōriam parere = vincere
explōrātus -a -um = certus

praesentia animī = animus
cōnstāns

torrēre = paulum ūrere (flam-
mā : igne)

cōn-flagrāre = ārdēre

dē-cēdere

flamma
-ae *f*



ēventus -ūs *m* (< ē-venīre)
= exitus

ut sē cōnstīpāverant : quo-
niam sē cōnstīpāverant

cōn-stīpāre = cōnferturn facere
recessus -ūs *m* < re-cēdere

ad-igere -ēgisse -āctum < ad
+ agere; adāctā *ad vāllum*
con-tingere -tigisse -tāctum
= tangere